

maiore colligitur etiam responso ad minorem ex dictis.

Ad quartā. Ad quartam responderi potest primò concedendo maiorem, & dicendo ad minorem Aristotelem ibi definire motum, non ut est prima passio Physica, quia ut sic motus est successivus, definit ergo motum Aristoteles prout comprehendit tam successivos, quam instantaneos; si autem definieret solum motum Physicum, seu successivum, dixisset, *Motus est actus corporis in potentia, prout in potentia.*

Rerpondeo secundò dici posse ad maiorem, illud esse obiectum alicuius scientiæ, de quo ut de genere proximo demonstratur prima passio non verò esse illud, de quo demonstratur tanquam de genere remoto passio, Aristoteles dum dixit motum esse *actum entis in potentia*, definit motum per genus remotum, estque idem, ac si diceretur, quod homo sit viuens rationale, melius tamen diceretur esse animal rationale, licet rectè vtrumque dicatur, id autem præstissime videtur Aristoteles, nimirum vsus fuisse nomine *entis* potius, quam *corporis*, quia ens est nobis notius. Debemus autem terminis vii maximè notis, in quantum fieri potest, ad abstrusas, & difficiles definitions patefaciendas, qualis est definitio motus.

Ad quintā. Ad quintam resp. quod cum accidentia necessariò insint subiecto, non debent dici per se mobilia, idèque non spectant per se ad obiectum Physica, sed ut proprietates, aut accidentia consequentia ad corpus naturale, vnde tractando de corpore naturali concomitante tractatur in Physica de eius accidentibus, adde quod illud est obiectum formale in Physica, quod habet principium motus, ut quod, at accidentia non sunt mobilia, nisi ut quo.

Ad sextam. Ad sextam dices non modò principia entis generabilis, & corruptibilis considerant in Physica, sed etiam principia entis, seu corporis ingenerabilis, & incorruptibilis, quia celi; qui sunt ingenerabiles, & incorruptibiles, spectant ad Physicam, vnde non modò principia corporis generabilis, & corruptibilis, sed etiam corporis ingenerabilis, & incorruptibilis examinantur in primo Physicorum, nam in eo debet tractari de materia, & forma, etiam in quantum constituant compositum ingenerabile, & incorruptibile, scilicet calos; celi enim verè pertinent ad Physicam, cum sint propriè mobiles motu locali mutando, inquam, locum secundum suas partes.

Ad septimā. Ad septimam transeat maior, & negetur minor, ad eius verò probationem, quā dicitur communius, & eidemtius, &c. potest hoc negari, sed malo distinguere hoc modo: communius in suo genere, aut communius præcium concedo, communius excedens nego; at in Physica ens est communius excedens, corpus verò communius præcium, ergo corpus, non verò ens debet assignari pro obiecto Physica.

Ad octauam. Ad octauam respondeo concedendo maiorem, & negando minorem, nam naturale magis expresse, & magis propriè includit principium motus, naturale enim definitur principium motus, & quietis, & dum Aristoteles in sexto Metaph. ait Physicam occupari circa tale ens,

quod est possibile moueri, per tale ens intellige corpus naturale, quod de se est possibile moueri, vnde non dicit circa ens, quod possibile moueri, sed circa tale ens, nimirum circa corpus ex quo.

Ad nonam. patet responso, de tali enim ente, videlicet de corpore agit Physicus, quod possibile moueri, & hoc est corpus naturale, & quamvis Angeli sint mobiles, non tamen motu Physico, maxima autem est differentia inter motum Physicum, & motum vniuersaliter consideratum, motus enim Physicus est ille, cui affectiones Physicæ attribuuntur utpote *esse in loco circumscripsum, esse in tempore, &c.* at motus in vniuersum abstractus ab his omnibus, quo pacto competit etiam rebus incorporeis, & sub hac consideratione de eo non agitur in Physica, sed sub priori.

Ad decimam. peccat decima illa ratio Thomistica, eo quod non distinguit varias sumptiones naturalis, nam aliquando sumitur prout opponitur supernaturali, aliquando prout opponitur artificiali, aliquando prout opponitur virtute, ut in presenti, in qua sumptione neque est artificiale, neque non artificiale, prout non artificiale sumitur pro supernaturali, sed prout dicit id, quod habet in se principium motus, & quietis, que pacto *naturale* neque comprehendet Deum, neque res artificiales.

Ad undecimam. concessa maiori neganda est minor, & sicut gratis eius veritatem supponit, ita gratis eam negamus, & certè eam nullo modo probat in tota sua quæstione ci-tata.

Ad duodecimam. dices animam rationalem non esse Physicæ considerationis, nisi in quantum dicit ordinem ad corpus, vnde continetur sub obiecto Physica ut sic, quia, inquam, est forma corporis, de se tamen est incorporea, immortalis, &c. dicunt aliqui in libris de Anima, vt Ruuius animam intellectuam esse corporalem ut quo, qui ex opinione Ruuij corpus ab anima habet, quod dicatur corpus, quæ doctrina est eorum, qui respunnt formam corporeratis, de qua agemus *disputatione tertia*. Dic ergo pro response, quod ut aliquid continetur sub obiecto Physice sufficiat, ut habeat ordinem ad corpus, id autem præstat anima rationalis in quantum forma Physica.

C LY P E V S Q V A R T V S.

Respondetur rationibus Scotistarum
corpus naturale pro obiecto Physicæ
sic aßignantium.

A D primam concessa maiori negabunt minor, Thomista, & ad eius probationem dicent desiderari tertiam conditionem allatam, nimirum quod obiectum debeat continere omnia ad talen scientiam spectantia, corpus enim naturale non continet omnia, quia materia, & forma pertinent ad Physicam per se primò non tamen sunt corpus naturale.

Ad secundam. concessa maiori negabunt minorem, dicentque etiam materiam posse mo-

*Nam x.
Soluuntur
rationes pro-
bantes obie-
ctum Physi-
cae efficiens
naturale.*

Ad primam.